

legum dispositionib. ei competit tanquam legitimo administratori, ratione & virtute patris potestatis, vnde mater & hoc ius tollere non potest. arg. L. nemo potest ff. de leg. i. & per alia fundamenta, quae me mouent ad tenendam hanc opinionem, que nunc omitto, atq; difficile putarem, posse obtineri secundum primam opinionem supradictam.

21 Secundo & verius in proposito respōdetur dīcte difficultati mōta ex tex. in d. l. quoniam in priorib. quod illa procedit respectu d. authent. excipitur, non vero in

nō nostro casu & quāstione, quia nos non agimus, quādo mater instituit ipsūmet filium, sed quādo filius in vita matri, & cum eius consensu renuntiavit cū

juramento hereditati matri, & mater ipsa instituit

alios heredes, non vero filium renuntiantem; Vnde

mater cum in sui fauorem fuit facta renuntiatio, be-

ne poterit disponere ad libitum de ipsius bonis, ad

quod p̄fstat argumentū ratio tex. in d. auth. excipitur

casus vero illius tex. non est idē, de quo nos agimus,

quod filius potuerit renuntiare hereditati maternę

in hoc casu in p̄fjudicium v̄susfructus patris, pro-

batur manifestissime ex his, quae supra, nō semel di-

cēta sunt scilicet, quia est ius quārēdūm, cujus quidē

non par ratio est cum iure quārētō. Item & ex gl. in d.

l. si quando, & C. de inoff. test. communiter approbata,

vt supr. dictū est, quae teneat, posse filii in p̄fjudicium

liberorum renuntiare hereditati patris, & cōsentire

se p̄tererit & exheredari, & vinculum & quēcūq;

alia onera in sua legitima apponi, maxime interue-

niente iuramento, vt supra late dictū est. Igitur a for-

tiori id habebit locum in filio renuntiante in preju-

dicio patris, quia magis debita est hereditas patris

filii, quā hereditas filii patri, item & quam v̄susfruc-

tos, quia legitima debetur filiis iure nature, vt dictū

est; v̄susfructus vero debetur patri ex dispositione

civili, hoc est, legali, vnde cum fortius sit ius filiorum

quam patris, & in p̄fjudic. filiorum valeat renun-

tio, valebit & fortius in p̄fjudic.

22 Quando vero pater consensit renuntiatiōni huic

per filium facta de bonis maternis, clārū est & absq;

dubio nocere in rotum patri, quia ipse cōsēdit, & ita

tenet Couar, vbi supr. & probatur, p̄terea a fortiori,

hoc est, in iure jam quēfīto in d. l. si filii autem, C. de

bo. qua lib. & in alijs plurib. jurib. quibus probatur, posse

quā iuri p̄ se introducto renuntiare, quā jura vul-

garia sunt, & ideo ea non refero, & cum his remaneat

bene declarata tota opinio & doctrina Pauli de Ca-

stro in d. l. si in princ. quā nunquam sic declaratam vi-

di neq; inuenies alibi hucusq; quia Dd. hic nec alibi

## S U M M A R I A.

1 Leges ciuilis, que improbant pactum, de quo in hoc text. referuntur, & earum rationes, remissae.

2 Pactum sive renuntiatio de non succedendo an firmetur iuramento de iure ciuilis?

3 Pactum sive renuntiatio de succedendo an firmetur iuramento de iure ciuilis?

4 Dispositio huius tex. est seruanda, etiam per iudices seculares laicos.

5 In Canonico ej̄ seruandum, etiam in foro ciuili & per indices seculares laicos.

M probet & lex ciuilis. Hæc l. ciuilis est l. si. & in l. pa. 1

Elum quod dotali, C. de pact. & in l. pactum dotali, C. de

collat. & in l. si quando §. 1. & 2. C. de inoff. testam. quarum

legum rationes assignat & ponit Couar. in presenti

initio tercia partis relecti video eas non referam.

Est tamen in hoc dubium, scilicet, An attento iure

ciuilis huiusmodi de non succedendo, hoc est, renun-

tatio, firmetur iuramento? in quo gloss. in d. l. si quando, S.

illud verb pragueari, C. de inoff. testament. tenet, quod

sive pactum istud sit de succedendo, sive de non suc-

cedendo, non firmetur juramento, eandem opinio-

nen tenet gloss. in d. l. pactum dotali, verb. improbatur,

qui refert Petrum tenentem contrarium, imo quod

huiusmodi renuntiatio iuramento firmata valeat &

teneat: est etiā similius gl. in l. qui superstitio, verb. repu-

dit. ff. acquir. hered. sed opinionem Petri, quod va-

leat, tenet Bart. in l. si qui pro eo, n. ff. de fidei. & idem

Bar. in d. l. pactum dotali, vbi Decius num. 5. testatur esse

communem opinionem, dicit etiam communem

Boerius dec. 62. n. 13. & hanc opinionem tener & de-

clarat Romanus in d. l. qui supersticio, n. 1. Cagnol. de repet.

d. l. si. n. 15. C. de pact. vol. 7. repetitionum, & Anton. Gom.

in l. 22. Taur. n. 6. & hæc communis opinio procedit

hodie & probatur attenta dispositione iuris canonici in hoc c. quamvis pactum, opinio vero contraria gl.

attenta dispositione juris ciuilis, quod improbavit

huiusmodi pactum & juramentum, id non confir-

mat, tanquam factum contra prohibitionem legis, ut

in l. non. dubium, C. de leg. ita has duas opiniones con-

cordat Bald. in d. l. pactum dotali, n. 1. & Salyc. ibi, n. 1. &

eam dicit communem Hozad. conf. 97. n. 13. tenet idē

Bart. in repet. l. si p̄ se, n. 7. ff. de acq. hered. vbi Maranta

num. 218. testatur eam Bartol. opinionem esse commu-

niter approbatam, & tenuit ante omnes gl. hic verb.

seruari debet.

Sed supradicta procedit in pacto de non succe-

dendo iurato, de quo loquitur noster tex. Nam cum

non sit cōtra bonos mores, bene firmatur iuramento,

& sic quantū ad hunc casum bene reprobant d. gl.

tamē quatenus loquitur in pacto affirmatio de suc-

cedendo, bene dicunt glos. quod huiusmodi pactum

non firmetur iuramento, quia tractatur de hereditate

viventis, quod est reprobatum, quia contra bonos mo-

res, ne detur votum capitādē mortis, ut in d. l. si. & ibi

notat. C. de pact. & iuramentum contra bonos mores

non est obligatorium, etiam attento iure Canonico,

et in c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. de quo pacto

noster tex. nō loquitur, sed de pacto de non succedē-

do, & ita inuenio, quod hanc opinionē glos. in pacto

affirmatio de succedendo tenent & sequuntur Dd. i-

bid. vla. ultra quos eam opinionē gl. in hoc dicit cōmu-

nem Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 3. ff. de

verb. obligat, sequuntur & dicunt communem plures

relati per Tiraquel. in l. si vñquam, in princip. num. 157.

& sequent. C. de renocand. donat. sequitur alios referens

Gregor. Lopez in l. 33. titul. 11. part. 5. in gloss. no deue

vñca. & in hanc materiam intelligit Bart. in d. l. fin. nu. 9.

C. de

## Repetit. cap. Quamvis Pactum, de Pactis lib. 6.

C. de pact. & ibid. Dd. & hanc opinionem testatur com-  
munem, plurimos allegans & bene probans Mar.

Socinus Junior cons. 4. & per tot. lib. 2. qui est videndum

omnino.

4 Ultimo est notandum, quod dispositio huius tex.

est seruanda, etiam per iudices seculares laicos, per

tex. in c. licet. de iure iur. lib. 6. & ita tenet gl. in hoc cap.

quamvis pactum. verb. seruari debet, ad gl. dicens, quod

iudices seculares compelli possunt per censuras Ec-

clesiasticas ad obseruantiam huius tex.

Cuius ratio est, quia cum simus in concorrentib.

peccatum, ius Canonicum est seruandum, etiam in

foro ciuilis & per iudices laicos, ut in c. fin. & ibi gl. &

Dd. de pres. & ita hanc opinionem in terminis no-

sti text. tenet Georg. Natta in repet. huius text. n. 10. &

Guiler. Bened. in repet. o. Rayn. de test. verb. duas habent

filias, n. 247 fol. 33. in 1. par. & testatur communem op-

inionem esse ex testimonio Paul. Parisi. Cou. in presen-

n. in 3. par. relect. §. 4. n. 9. & ita est tenendum.

## S U M M A R I A.

1 Filia renuntians in casu huius tex. excluditur ab here-

ditate patris etiam intestatis decedentis.

2 Hoc limitatur, quando parentes nullos alios filios habent.

3 Hoc sublimitatur, si adiungit nepotes, vel nepos.

4 Renuntiatio facta, non quidem contemplatione filio-

rūm, sed ut in cuius fauorem renuntiatur, possit libe-

re disponere, non admittitur renuntiatio ad heredita-

tem parentis decedentis, etiam sine aliis de descendenti-

bus. Filius in casu huius tex. etiam si renuntiatur sibi pe-

tendit alimēta, poterit nihilominus, si indiget, eape-

tere.

5 Filius, vel filia renuntiata in casu huius tex. excluditur

à legitima, que sibi competet si non renuntiasset.

6 Filius, vel filia renuntiata in casu huius tex. excluditur

à legitima, que sibi competet si non renuntiasset.